



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangelio Dominicæ. de Reguli filio. Ioan. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

Feruoꝝ proficiendi in omni perfectione, maximè in humilitate.

VI. De Proprietatibus, gradibus, & fundamentis gratitudinis.

VII. De Actibus gratitudinis internis, externisque piè exercendis.

6. p. med.

21. hebd.
post
Trinit.

Dominica XXI. post Trinitatem.

I. De Reguli filio. Ioan. 4.

I. **R**egulus obviam Iesu procedens, rogabat eum, ut descenderet Capernaum, & sanaret filium suum incipientem mori. Obstupescenda hic diuina prouidentia in tam varijs mirisque modis homines ad salutem pertrahendi adiuuendi, quales sunt non solum tot diuinarum inspirationum, impulsuum, beneficiorum imperitio, sed etiam morborum, arumnarum, & omnisque generis afflictionum

immissio, vel permissio. Quis enim hunc Regulam cum tota familia ex occasione lethalis morbi filij conuertendum credidisset, nisi euentus docuisset? quam verè in illo, multisque alijs per varias tribulationes ad sanio-rem mentem reuocantis completum illud prædictum ab Osea: *In tribulatione sua mane consurgent ad me, venite reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit & sanabit nos: percutiet & curabit nos.* Amor crucis.

Ose. 6.

II. Dixit Iesus ad eum: *nisi signa & prodigia videritis, non credetis.* Duriuscule illi respondet, nec confestim petitioni eius annuit, tum vt imperfectam eius fidem, & inordinatam erga longiore filij vitam affectionem coargueret, atque ad perfectiorem fidem & resignationem sensim disponderet, idque ex incenso salutis eius desiderio. Simile quid nobis in quavis afflictione constitutis ex eodem maioris nostri profectus spiritualis desiderio toties præstat, quoties non statim nos ad se confugientes exaudiens, patientiam & longanimitatem nostram probat. Resignatio longanimis in omni aduersitate.

III. *Vrgenti regulo, Domine descende priusquam*

Qq 6

usquam

usquam moriatur filius meus, dicit Iesus.
 Vade filius tuus vivit. Credidit homo ser-
 moni, quem dixit ei Iesus. Quanti meriti
 apud Deum magna fides! quam me-
 rito id expendens D. Bernardus excla-
 mat: *Magna fides magna meretur.* &
quatenus in bonis Domini pedem fiducia
porrexeris, eatenus possidebis. Alludens
 ad illud Deuteronomij: *quemcumque*
locum calcaverit pes vester, vester erit.
 Zelus proficiendi in fide, & filiali fi-
 ducia.

II.

De Adultera. Ioan. 8.

I. **P**harisei & Scriba mulierem in adu-
 terio deprehensam adduxerunt ad Ie-
 sum in templum, & interrogantes & tenta-
 tes eum: *Magister, in lege Moyses manda-
 vit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo, qui
 dicis? Iesus autem inclinans se deorsum,
 digito scribebat in terra.* Tanta erat mi-
 sericordia pijsissimi Salvatoris erga pec-
 catores, ut inde aduersarij captarent
 occasionem eum accusandi, arbitran-
 tes illum legem violaturum, ut adul-
 teram seruaret indemnem. At diuina
 eius sapientia modum inuenit, qua &
 miseram illam iam resipiscentem & me-
 ritibus lapidare volentium liberaret, &
 legem